



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

16. Simeon excitus Spiritu sancto venit in templum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum : & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. *Matth. 2. v. 11.*

I V. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem ; per aliam viam reversi sunt in regionem suam. *Matth. 2. v. 12.*

### MEDITATIO XV.

*Christus in templo presentatur.*

I. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis **MARIÆ** secundum legem Moyfi, tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino : *Luc. 2. v. 22.*

II. (Sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.) *Luc. 2. v. 23.*

III. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū, aut duos pullos columbarum. *Luc. 2. v. 24.*

### MEDITATIO XVI.

*Simeon excitus Spiritu Sancto venit in templum.*

I. **E**T ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus,



ratus, exspectans consolationem Israël: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. *Luc. 2. v. 25. & 26.*

II. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum IESVM parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum. *Luc. 2. v. 27 & 28.*

III. Et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. *Luc. 2. Vers. 29. 30. 31. 32.*

## MEDITATIO XVII.

### *Simeon de Christo vaticinatur.*

I. **E**T erat pater eius, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. *Luc. 2. Vers. 33.*

II. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic  
in